



**Legia Catholica**

**Robertii, Johannes**

**Leodii, 1633**

38. Franco.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64596](#)

douico Pio , Caroli Magni Fi-  
lio , & Synodo Prouinciali , A-  
quisgrani habitâ. Idem Corpus  
ipse , splendidissimâ cum pom-  
pâ , ipso etiam Imperatore co-  
mirante , eò transtulit , & Lo-  
cum magnis redditibus dotauit.

### XXXVI. PIRARDVS.

**V**Ti priores Episcopi , Catho-  
licus vixit , Catholicus obijt ,  
& Populum sibi commisum ,  
Successori Catholico Catholi-  
cum reliquit.

### XXXVII. HIRCARIUS.

**H**ircarius itidem , nihil à Ca-  
tholicâ Doctrinâ deflexit ;  
nihil in Populo diuersum pas-  
sus est.

### XXXVIII. FRANCO.

**E** Monacho Lobiensi , Episco-  
pus Leodiensis factus est.

Nort-

Nortmannis Ecclesiæ eiusdem  
fines vastantibus armatus oc-  
currit . eosque vel cecidit , vel  
longè fugauit. Et quamuis du-  
râ necessitate coactus , impiorū  
sanguinem fuderat ; Altare ta-  
men de more accedere ausus nō  
est. Quod manifestè pertinet  
ad Disciplinam Catholicam.

Idem Franco , rogatu Auæ  
Abbatissæ Hekensis , SS. Vir-  
ginum Remullæ , & Harlindis  
Corpora , è terrâ eruta in The-  
cam argenteam , multo auro or-  
natâ , reuerenter imposuit. Præ-  
fuit hic Ecclesiæ Leodiensi an-  
nis 48. & obiit anno Seruato-  
ris 903.

### XXXIX. STEPHANVS.

C omposuit , quæ in Rituali-  
bus Ecclesiæ libris vocantur  
Respōsoria , & Antiphonæ , quæ  
in

